


COLECCION


MONTENEGRO


BIBLIOTECA

UNIVERSITARIA

A
44
113








BIBLIOTECA HOSPITAL REAL	
GRANADA	
Sala:	A
Estante:	44
Numero:	113





0 1 2 3 4 5 6 7 8 9 10 11 12 13 14 15 16 17 18 19 20 21 22 23 24 25 26 27 28 29

IHS

P R O

REVERENDIS ADMODVM

Patibus Fr. Petro de Cuéca, & Cardenas, &
Fr. Petro Bejarano Ordinis Minimorum
sancti Francisci de Paula, Provintialibus

Granatensis, & Hispalensis, seu
Bethicæ Provintiæ.

C O N T R A

Aetitate à Reverendissimo patre Genera-
li adversus eorum electiones non serva-
to iuris Ordine, & contra Consti-
tutiones Religionis.

Predictorum patrum Provintialium eadem est cau-
sa & ratio. Quippe eadem est utriusque contempo-
raneæ electionis (rite & Canonice, & cum omnibus
votis Provintiæ peractæ) confirmatio, ijsdemque
verbis à Reuerendissimo concepta. Eademque nor-
ma, & forma posteâ observata fuit à Reverendissimo in prædicta
rum electionum cassatione, quam ipse non confirmationē appellat: Inque alterius locum electus fuit à Reverendissimo no-
vus Provintialis, Et uterque æque remanet oppressus. Nisi quod
adhuc Fr. Petr. Cuenca, exhibitionem & traditionem sigillo-
rum suæ Provintiæ excusat. Quo ex capite Reverendissimus
ægro in eum animo fertur, illumque in carceribus detinet. Excut-

A

sus



11944250

sus ob id noster formabitur in persona patris Cuenca, cum a que
patri Bejarano aptandus veniat.

THESES.
2. Prædictusq; Pat. Provincialis Cuenca THESIS electus fuit in Capitulo Provinciali, celebrato in Conventu Granatensi, mense Septembri anno 1632. simul cum assuetis Collegis, & Diffinitoribus. Et simulatque dicta electio peracta fuerat Capitulum Provinciale, litteras emissit testimoniales in forma ordinaria, & debita iuxta Capitulum II. Romæ, & Constitutiones alias Religionis, & tradita novissimè à patre Laurentio Peirenis de subditto, tom. I. §. II. de confirmat ad Reverendissimum patrem Generalem, in quibus continebatur electionem prædictam præmissis præmittendis rite, & Canonice fuisse factam, & personas electas idoneas esse. His autem annuens Pat. Generalis, sibi per gratum asseruit, quod ita factum est. Nisi quod addidit in litteris confirmationis fuisse in procinectu esse, in via ve ad istas Provincias Hispaniarum visitandas, vnde prædicto patri Provinciali, & cæteris sic electis indulxit liberam pro interim suorum officiorum administrationem, præcipiendo sub merito obedientiæ, ut prædicto patri Petro de Cuenca sic electo, fratres prædictæ Provinciæ debitam de iure, & Religionis institutis reverentiam, & obedientiam exhiberent, prout verè effectum est tempore duorum præter propter annorum, usque dum Reverendissimus Generalis (in cuius presentia octo mensium spatio Provincialatus officium exercuerat) attentis (ut ait) his quæ ex visitatione circa electos, & electiones resultarunt, cessavit, & irritam declaravit electionem supradictam Reverendissimi patris Petri de Cuenca, & Cardenæ suis litteris datis, & publicatis in hoc Conventu Matritensi die 29. mensis Augusti prælentis anni 1634.

3. Mox in eodem Conventu die trigessima eiusdem mensis cum consilio suorum tantummodo collegarum elegit in Provinciale Patr. Fr. Thom. Campuzanum, & litteras super dicta electione expedivit in forma consueta. Quarum virtute Patr. Thom. Campuzanus Provincialatus officium exercere contendit.

4. His sic peractis prædictus Patr. Cuenca Provincialis à castigatione suæ electionis per Reverendissimum patrem factam ad Illustrissimum Nuntium in his Hispaniarum Regnis appellavit, litterasque obtinuit citationis, & compulsoriales, cumque instaret apud Illustrissimum, ut inhiberet in totum prædicto Reverendissimo Generali, suamque admitteret appellationem, quoad utrumque effectum, id pro tunc obtinere non potuit, quin potius.

Illustrissimus Nuntius, quoad devolutivum tantum illam admissit apposita, scilicet in litteris clausula, sine retardatione executionis mandatorum Generalis.

- 5 Et verè huic clausulæ innixus Reverendissimus Generalis ulterius in causa procedere destinavit, iussitque prædicto patri Cuenca (hac in Curia in prosequutionem suarum appellacionum iam degenti) sub censuris, ut sigilla officij exhiberet, tradenda prædicto patri Thomæ Campuzano: & cum à diversis mandatis, & decretis Reverendissimi super hac re latis prædictus Pater Cuenca, diversas continuasque interposuisset appellations, prædictus Reverendissimus cum incarceravit, & demum ultimum, & peremptorium sub quibusdam comminacionibus assignavit terminum intra quem prædicta sigilla exhiberet, & traderet.
- 6 Termino durante prædictus pater Cuenca, vidēs se adeō gravatum, & legitima defensione destitutum, & Reverendissimum nimis in eum indignatum, valdeque favorablem prædicto patri Thomæ Campuzano, sibi præcavit recusatione legitima interposita contra dictum Reverendissimum, qui eam de facto expedit: adhuc tamen prædictus pater Cuenca illa ipsa persistit recusatione ex causis inferius suo loco perpendendis.
- 7 His sic præmissis pro dicto Reverendo patre Cuenca de Carthagena quatuor veniunt discutienda, & resolvenda. Primum quod eius electio in Proviniale fuit legitima, & Canonica, & ab ipso patre Reverendissimo penè, & perfectè confirmata.
- 8 Secundum dato, quod electio non esset confirmata, prædictus pater Cuenca legitimè contendit appellacioni per eum interposita à cassatione, seu non confirmatione prædictæ electionis deferendum omnino fuisse, & subinde omnia gesta à Reverendissimo post dictam appellacionem nulla esse, & attentata.
- 9 Tertium dato, quod appellatio prædicta vtrumque effectum non operaretur instat & iuste quidem dictus Pat. Cuenca, contra electionem in favorem dicti patris Thomæ Campuzano factam, & insignibus nullitatis notis laborare ait, ut quae rminin facta contra Regulas, & Constitutiones Religionis, Ob idque iniuste compelli ad exhibendum prædicta sigilla prædicto patri Campuzano, ut verò (à quo longè abest) Provinciali tradenda.
- 10 Quarto demonstrabitur, prædictum Reverendissimum legitime fuisse recusatum, ob idque pendente recusatione ulterius procedere non posse, sine virtute attentatorum, & innovatorum.

Primus Articulus.

De valore electionis, & confirmationis simul.

12 **Q**uod primitus attinet ad electionem prædictam patris Cuenca, in Provincalem, vere citra omnium controversiam constitutum est eam fuisse legitimè & canonice factam iuxta terminos, text. in cap. 1. de his quæ fiunt a maio par. cap. cum similibus, Quippè celebrata, & peracta fuit unanimi electorum consensu, & iuxta formam constitutionum Religionis, ut apertè deducitur ex relatione, & assertione ipsius Reverendissimi in confirmatione, his verbis facta, *Ex litteris Capituli Provincialis in Conventu nostro sanctæ Mariæ Victoris civitatis Granatensis, celebrati nobis significatum fuit, statuta ex regula nostra die, præmissis præmittendis rite, & Canonice, actan-* quam idoneos electos fuisse in Provincalem R. P. Fr. Petrum de Cuenca, & Cardenas, &c. id quod nobis per gratum fuit: Quæ verba planè pleneque demonstrant electionem legitimè factam fuisse. Id quod aded certum, & apertum est, vt nulli unquam tergiversationi suppositum fuerit. Quinimò Reverendissimus eiusque statores nil unquam spetiale in prædictam electionem obiecerunt.

13 Subhæc prædictam electionem uti canonicam apertè approbavit, & confirmavit dictus Reverendissimus prædictis illis verbis (proximè per pensis) id quod nobis per gratum fuit, quæ evidenter preſeferunt Reverendissimi annuentem voluntatem attenta dictione illa per gratum, ut Cicer. lib. 5. Epist. 20. id nostru existimo cum mihi erit per gratum, & ad Atticum lib. 1. Epist. 17. Per mihi, per inquam, mihi gratum feceris: Cum autem confirmatio verba civilia formalia non requirat, sed tantum denotantia voluntatem confirmantis, planum inde fit, ex prædictis verbis à Reverendissimo emmisis, veram, & omnibus numeris absolutam confirmationem elici, & induci.

14 Et verè Reverendissimus nil aliud agere potuit supposita electione Canonica, est enim confirmatio velut actus quidam consecutius, & velut per necesse subsequens electionem legitimā: Id quod in iure (quo nunc non immoramus) notissimum est, & nobis probatur in Capitulo II. Romæ habito, num. 34. & in Capitulo I. Genuæ, num. 4. & in Capitulo Paulæ num. 23. Nec aliam

- Nec aliam ob causam in prædicto Capitulo 2. Romæ habitō,
præcipitur litteras testimoniales electionis remitti eius plenu
inodum, & formam, & nomina electorum, & eligentium, &
quot vocibus, & actibus fuerint electi in Prouinciales conti
nentes, & referentes, nisi ut Reverendissimus ab his plenè in
structus electionem statim (ut ex diversis Capitulis Religionis
probabimus infra num. 17.) hoc est sine vlla procastinatione,
³
aut tergiversatione confirmet. ¶ Etenim per electionem (vt di
cemus in articulo sequenti) ius fuit quæsum prædicto patri
Cuenca, maximè iuxta Constitutiones Religionis, qua prop
ter iuste meritoque prædicta electio pergrata fuit Reverendis
simo, vti ipse dilucide protestatus est. Quo cum prædictus pa
ter Cuenca, nulla certe alia indiget confirmatione.
- 16 Neque prædictis quidquam obstabit si ex aduerso oppona
tur Reuerendissimum in eadem confirmatione illico adiecisse:
Sese ad Provintias Hispania visitandas properare, & in via esse, &
pro interim administrationem officij prædicto patri Cuenca sic electio con
cedere, ita vt debitam de iure, & ex regularibus nostris institutis reueren
tiam, & obedientiam subditi ei exhibeant, neque illius electioni, & officio
vsque ad nostram visitationem se opponere audeant, Nam verba ista
operari non debent in pernitiem præhabitæ confirmationis Ipu
ræ, & perfidæ: cum diuersum, & distinctum Capitulum conti
neant, iuxta glossam cœmuniter receptam in l. siquidem, C. de
except. simul cum notissima Bartol. doctri na in l. Aurelius, §.
idem quæsijt, D. deliberatione legata, & latè traditis à Surdo
decis. Mantuana 258. Et sanè hic vnus est ex præcipuis casibus
in quo vtile per inutile non vitiatur, vt ex pluribus passim ob
uiis facile erat comprobare.
- 17 Accedit istis omnia contenta in præinserta clausula nulla es
se, & inutilia, & omnino rejeienda: Etenim Reverendissimus
differre non potuit confirmationem, quam statim facere debuit,
vt expresse auetur in Capitulo 4. Romæ celebrato, num. 34.
vbi diserte agitur de confirmandis Prouincialibus in suis offi
cij. Idemque statuitur in Capitulo 9. Genuæ habitō d.n. 4. vbi
expresse præcipitur, quod statim confirmatio requiratur à patre Ge
ner. Et demum hoc ipsum statutum est in Capitulo, 10. Paulæ d.
num. 23. Verbum autem statim in iure celeritatem denotat, &
nullam admittit notabilem dilationem, vt notatur in l. quoddi
cimus, D. de solut. l. 1. C. de relationibus, & alijs in iuribus, &

Auctoribus nouissimè relatis à Barboſ. de diſtioſ. cap. 33. 8. 14

- 18 Prætereà, Reuerendissimus in præinsertis verbis gubernationem Prouinciarum, prædicto patri Cuenca nulliter, & in cassu concessit, etenim Capituli ſolius Generalis eft conſimile regimē aliquando præſtare, non vero Generalis Religionis cuius iurisdictio, & poteftas à Capitulo generali, nif tale ipſi conceiente, dependet.
- 19 Adhæc ad cohonestandam dilationem Reuerendiffimus in præfatis verbis afferuit ſe in proinceſtu, & in via eſſe ad viſitan- das Hispanias. Idquod tranſactis quindecim poſt mensibus præſtit, quo factō ſpecimen illud ſuppoſitium fuifſe aperte demonſtrauit: ſimul cum animo, & intentione præcedenti caſſandi, in quam electionem patris Cuenca, vt futuræ Generalis elec- tioni inter eſſe non poſſit, l. ſed Iulianus, §. proinde, ibi: Intelli- gendumque ab initio ſic accepiffe, D. ad ſenat. Consult. Macedon. Me- noch. ex pluribus de præſumption. libr. 6. præſumpt. 35. num.
- 23.
- 20 Demum, Reuerendiffimus in hiſ iſtis aperte contrariatus fuit Constitutionibus Religionis in materia confirmationis Prouin- cialium latiſ, quibus attentis (vt iam vidimus num. 17.) debuit ſtatim confirmare electionem, vel eam improbare, vt daretur recursus ad ſuperiorem pro ea infirmando, vel confirmando iux-
21 ta tradita per text. ibi in cap. fin. de election. in 6. ¶ Et in ſumma nullibi talis facultas Reuerendiffimo confeſſa eſt, qualem iſ ipſe ſibi adſcripsit. Cum autem eius iurisdictio à Capitulo gene- rali originem ducat planum inde eſt, eam vltra metas confeſſionis iſipſum extendere non poſſe. In hiſ enim que extra com- missionem ſibi confeſſam peragere contendit, nil vere agit. Quini- mò tanquam priuatus procedit, cap. conquerente de re- ſtitutione ſpoliator. cum adductis à Menoch. de recuper. poſſ. remed. 8. ex num. 19. eleganter Peregrin. in commentar. ad cap. consultationibus de offic. deleg. num. 10. Vbi pro iſta ſententia expendit, text. in l. nec magistratibus, D. de iniurijs, & in l. fa- ctum à iudice, D. de regul. iur. & in l. deuotum, C. demetatis, & epidemicis, libr. 12. cum Baldo, Claudio, Rolando, & alijs egregie per eum adductis.
- 22 A quibus omnibus planum fit confirmationi prædictæ à Re- uerendiffimo plenè, & legitimate alias factæ obesse non poſſe, nec debere, quæ mox ille ſubiunxit circa administrationem pro- intc-

interim, & dum Hispanias aduentaret peragendam à patre
Cuenca.

- 23 Qui ista iuste, & prudenter insuperhabuit gerendo sese pro
legitimo, & vere confirmato Prouinciali spatio non minus duo
ram, aut præter propter annorum. Et quidem octo vltimis mē-
sibus adstante, & præsente Reuerendissimo in Prouincia Gra-
natensi, & Hispalensi conuincina. Quo toto tempore plura ip-
si patri Cuenca ordinavit, vt i verō & legitimo Prouinciali, De-
nuo sic approbando, & confirmando eius electionem pluribus
actibus rebus, & factis, quibus non minus voluntatem suam,
quā verbis declarauit, vulgari, l. de quibus, D. de legibus: imò
aptius & fortius factis, quā verbis voluntas declaratur, l. Pau-
lus, D. rem rat. hab. cum ibi notatis. Nullibi autem cautum est
in Constitutionibus, & Capitulis Religionis confirmationem
electionis in scriptis ferendam. Vt inde ex facto, & conniu-
entia Reuerendissimi satis superque cæliciatur, & deducatur hoc
in casu.
- 24 Et sanè à dictis, usquedum per apertum fit patrem Cuen-
ca duplici Reuerendissimi confirmationi inniti. Quarum prior
à verbis illis expressis (*id quod nobis per gratum fuit*) aperte diduci-
tur iuxta supra tradita; secunda verō à connuentia, & diuersis
actibus, & factis, expressam itidem confirmationem induen-
tibus, iuxta proximè tradita.

Secundus Articulus.

*Appellatio interposita per R.P. Cuenca, à cassatione sue elec-
tionis, & noua electione patris Thome Campu-
zanilegitima fuit, & utrumque operata
est effectum.*

- 25 Descendimus ad hunc secundum Articulum, velut ex abū-
danti, quando pater Cuenca, vt vidimus in præcedentile
gitime fuit institutus, & confirmatus. Sed nunc addimus etiam,
& quo casu res ista in terminis maneret nudæ electionis præ-
dicto patri magnum fuisse illatum grauamen in non confirma-
tione, seu cassatione subsequuta.
- 26 Primò quia ex electione rite, & Canonice facta (vt attestatur
is

is ipse Reuerendissimus) ius sicut quæ situm prædicto patri Cué-
ca electo, d. cap. fin. de electione in 6. Petr. Gregor. post alios in
partitionibus iuris Canonici, tract. de electione, cap. 19. nu. 4.

Valentia
27 ¶ Idque maximè locum habet in Ordine Minorum, ut proba-
tur in Capitulo 2. Romæ celebrato, nu. 34. & in cap. 1. Genuæ
num. 4. & in cap. 3. Valentia num. 9. & notat pater Passarillus
in Scholijs ad Capitulum Auinionense, his verbis, *In Ordine au-*
tem nostro Superiores Pralati, mox electi consequuntur ius pralatura, &
administrationis simul, & hoc permare magnum, quoad Generales, &
per statutum in Capitulo generali Capua. Quoad Prouinciales etiam si ex
aliena Prouincia eligerentur, &c. Optimè pater Peirinis de subdito,
tom. 1. cap. 30. §. 6. ad finem, & latius, §. 7. vbi ait id maximè lo-
cum habere in Prouincialibus quibus (inquit) non est dubium quin
per electionem ius adquiratur. Quinimò de correctoribus (quorum
dispar est causa ex dicendis inferius) subdit, quod electi in correcto-

28 *res ius hahent ad electionem, ita ut possint illam in iuditio repetere. ¶ Et*
præceteris pater Laurentius de Portel in suis responsonibus,
par. 2. casu 4. (qui inscribitur, de electione cuiusdam Prouincialis, quæ
Præses noluit confirmare) ad tertium quæ situm, ita apposite ait:
Electus canonice ante suam confirmationem, ex tuis solius electionis habet
ius ad rem, ut patet. At ius ad rem, dat actionem, & ius petendi in iudi-
tio, id quod sibi debetur ratione iuris ad rem. Plenus est titulus de electioni-
bus in decretalibus, & in 6. mille exemplis, ibi positis multorum prosequen-
tium appellationem ad Papam, eo quod dicebant se habere ius ad tale of-
ficium, propter suffragia sibi in electionibus collata, & quia res notissima
est, & quotidie practicata unam, vel alteram tantum probationem ad-
ducam. Et mox pro ista firmissima, & ab omnibus recepta sen-
tentia adducit extra ag. quæ incipit Sedis Apostolica, & citat tex-

29 *tum in cap. indemnitatibus, §. verum de elec. in 6. Azortem.*
2. lib. 6. cap. 14. ¶ A quibus planum, & euidens fit appellatio-
nen per patrem Cuenca interpositam à cassatione, seu non co-
firmatione suæ electionis (ius illi tribuentis) legitimam fuisse,
& quo advtrumque effectum admittendam, Quandoquidè cui-
cunque grauato, & oppresso licitum est appellare, cap. omnis,
2. quæst. 6. cap. vt debitus de appellat. Scaccia post alios de ap-
pellationibus, quæst. 5. art. 1. num. 1. & seqq.

30 *Neque prædictis adeò firmis & certis, quam quæ certiora in*
iure, quidquam obstant tradita à Reuerendissimo in sua allega-
tione, num. 31. vbi parum apte vniuersi afferitur, licitum ei es-

se superiores à suis officijs amouere; vt in quibus etiam post eo
rum adēptionem nullam ius habent ex Capitulo 29. Valen-
tiae celebrato numer. 8. ibidem citato. Nam Capitulum istud
loquitur in Correctoribus nondum confirmatis, quorum ius nō
adē à constitutionibus supra relatis commendatur, ac Provin-
cialium canonice electorum, qui ante confirmationem non so-
lum habent ius ad rem, sed & actualem, vt vidimus administra-
tionem.

31 Sed & his istis attentis plenē fit satis decisioni capituli 35.

Romæ habitæ, sessi. 6. ex contrario simul allegati. Quippe loqui-
tur in commutatione Correctoris de uno in alium Conuentum
facta: qui casus longè differt à casu absolutæ priuationis in quo

32 nos sumus. ¶ Sed & prædictæ commutations ex causa, tantū
funt: eamque, vel eas debet definitiorum assignare cum solem-
nitate, & requisitis, traditis à patre Stephano Isnardo ad sta-
tuta Religionis Minimorum, verbo, electio correctoris, fol. 197. &
verbo, corrector, fol. 120. ibi: Ex causa in Capitulo examinanda, pro-
banda, ipsique inferenda. Et vere ita statutum est in Capitulo gene-

rali 7. Romæ habitio. ¶ Nunc autem à Reuerendissimo disqui-
ro, si in commutatione Correctoris de uno in alium Conuentum
necessariæ sunt causæ legitimæ, & earum expressio, & simultanea
examinatio, qui fieri potest, vt ipsi Reuerendissimo nulla
ex causa (vsque dum expressa) patre Cuenca in Provincialem le-
gitime, & canonice (eitra omnem controversiam) electum, &
simul plenē confirmatum (vt vidimus in articulo præcedenti)
post admissionem possessionem, & exercitium sui officij inter-
gro fere biennio ad libitum amouere concedatur? Quis quæso
Catholicus quin Ethnicus tale, quid vñquam probabit? Neces-
sum est ergo fateri prædicto patri Cuenca, maximam ex præ-
dicta cassatione, seu non confirmatione sui officij inferri iniuri-
am, eamque iuste media appellatione (quæ Theriaca est, vt ait
Baldus veneni primi iudicis) propulsare.

34 Secundo principaliter prædicta appellatio, quoad utrumque
effectum, maximè adstruitur attenta boni iuris præsumptione,
quæ stat pro dicto patre Cuenca, vt qui ritè, & canonice (vt vi-
dimus in articulo præcedenti) electus fuit in Provincialem. Vn-
dē est, vt velut per sequillam (ex iam notatis) necessarium, ve-
niat confirmandus, cap. quia propter de electione cum latè tra-
ditis à Porteld. casu 4. quæst. 2. Vbi optimè ex multis resoluit,

.moi

C

quod

quod electus in dubio præsumitur dignus, & ritè electus, Vnde est, vt appellationi à patre Cuenca interpositæ ius ipsum assi- stat.

35. Et sane ultra iam tradita, hoc iure comprobatur ex Capitulo Tolosæ celebrato num. 48. ibi: In Capitulo Provinciali, si Provincialis, & Deffinitores repererint alicuius Conuentus correctoris electionem in iustum, poterunt super huiusmodi prouidere, à quibus verbis dicitur: simus Pat. Peirinis de subdito, questione de obedientia, cap. 31. §. 7. han elicit conclusionem. Ergo à contrario sensu, si iustum inuenient prouidere non poterunt, sed confirmare tenebuntur. Et mox illam aliam subnequit consequētiam: Ergo si Generalis iustum inuenierit Provincialis electionem prouidere non poterit, sed confirmare tenebitur. Cum ergo electio prædicti patris Cuenca legitima, & canonica fuerit, vt vidimus in articulo præcedenti, nil certe eius confirmationi impedimento esse potuit. Vnde est, vt si eam Reuerendissimus illico confirmauit (vt adstruximus in articulo 1.) siue eius confirmationē distulit (vt contendit Reuerendissimus) uno alteroque casu eam cassare non potuerit, nisi cum fraude, & grauamine prædicto patri Cuenca illato, obidque iuste appellanti.

36. Addo in prædictorum confirmationem Capitulum 2. ex celebribus Valente num. 16. vbi (cum fuisse dubitatum, an teneatur Capitulum Provinciali assignare Correctorem alterum illorum, qui fuerunt in vocibus pares, & ambo idonei?) Et simul fuerit resolutum liberum esse Capitulum Provinciali, ad quod talis electio deuoluta est, alterum, vel neutrum eligere cum nulius sit electio) Peirinis vbi supra, ita ratiocinatur: Ergo si quis est à maiori parte electus, & est idoneus, non est in potestate Capituli eam electionem mutare, & Nos eadem in causa apte inferimus: Ergo si Provincialis legitime electus, est idoneus, non erit in potestate Generalis electio nem mutare.

37. His subdit Peirinis supra aliud argumentum ab inconvenienti ductum dicens, aliter posse superiorē priuare, fratres saltim indirecte iure eligendi, quod eslet contra regulam, nam quid proderit Conuentus electio, aut Capituli Provincialis si libertū est Diffinitoribus, & Generali illam annullare?

38. Demum in proposito, valde cōsiderandum dico ad denegandum confirmationem necessarium esse exprimere causas, quibus superior, eam infirmans, innititur, vt resoluit pater Portel tom.

- 6
- tom. 2. de dubijs regularium, par. 2. casu 4. iam supra relato.
- 39 Nec minus nostris fauet, quod resoluit Pasarellus in Scholijs ad Capitulum Auinionense in solutione decimi, dubij dum ait: *Quid iuris erit, si aliqui ante electionem velint se opponere contra aliquem ne eligatur, dico, quod tenentur nominatim exprimere virtutia qua opponuntur contra personam, quam dicunt non eligendam, & iurare esse vera, & ea probare alias non sunt audiendi.* Idque ipsum notat pater Peirini d. cap. 31. §. 11. Si ergo elector qui gratijs eligit, exprimere debet causas cum agit de infirmando electione, certè excusare non poterimus confirmatorem, quin causas etiam exprimat, maximè cum confirmet de necessitate, ut rectè notat Panormitanus in cap. postquam de electione, num. 1. vbi confirmationem necessitatis esse ait licet electio à principio meræ fuerit libertatis, cuius dictum probant, & extollunt omnes.
- 40 Et sane ab istis aperte deprehenditur patrem Petrum de Cuēca iustissimam souere causam cum suam adstruit electionem, & ex contrario Reuerendissimum à iuris tramite longè deuiare, quando contendit eius appellationi, quoad vtrumque effectum non deferri.
- 41 Tertio principaliter Reuerendissimus in remotione cassatione, & nō confirmatione huiusmodi, nimis excessit, modumque solitum spreuit, nouum & inauditum omnium primus induxit, confirmando (vt ipse nunc fert) ad tempus tantum, & denegando debitam, & electioni contemporaneam confirmationem statim, vt est in Capitulis Religionis relatis supra num. 17. expressè præcautum. Et quod magis est: ad nudam suam voluntatis reduxit officium Prouincialatus (vt nun adserit) dicto patri Cuenea commendatum. Id enim ad libitum, & nutum lumen fecit amouibile, & quidem sine expressione cause. Modo autē isto confirmandi admissio nullus est qui liberæ Reuerendissimi cassationi, & priuationi non subiaceat, exemplo inaudito, quinimo, vsque dum nunquam cogitatio. Quis enim similem usum, imò verius abusum confirmandi unquam vidit, aut audiuist, cōsulamus omnes, Ecclesiæ veræ & Catholicæ Religionis status, & apertissimè constabit, nil tale in eis unquam admissum. Excessus ergo iste in modo confirmandi, & subinde cassandi electionem patens est. Ast nulla est causa in uniuerso mundo, in qua ab excessu modi non liceat appellare, vt dissertissime notauit Rebūs in tractatu de sentent. execut. art. 7. gloss. 12. num. 4.

fal-

fallentia 1. Gallesi ad form. Camer. obligat. quæst. post processus
incid. num. 11. Scaccia (rationem reddens) de appellat. quæst.
17. limitat. 10. num. 29. Qui num. sequenti, hoc ipsum tenendū
ait, ex Zaffio Contardo, & alijs in eo qui iurasset sc̄e non ap-
pellaturum. ¶ Sed & ipse Seaccia d. quæst 17. limit. 11. num. 6.
hoc ampliat in executore à quo alijs nō datur appellatio. Qui
si modum excedat ab eo possit appellari, cap. nouit de appella-
tio. cum pluribus, ibi per eum adductis. Et simul rationem red-
dit dicens: *Ratio est, quia in eo in quo quis excedit, definit esse executor,*
Petr. Gregor. in tractatu de appellat. lib. 11. num. 2. vers. 1. *Quod maxi-
mè. Debet ergo admitti appellatio ab excessibus istis Reueren-
dissimi, eiusque noua ista, & usque dum inaudita opinione,
quæ disciplinæ regulari, pacique Religiosorum aperto Marte
contrariatur.*

34 Neque predictis obstat, quod pasim in ore Reuerendissimi
circunfertur ad cassationem istam, seu non confirmationem in
visitatione factam opus non fuisse actis processus legitime for-
mati. Nam propositio ista vera non est, quin potius aperte ad-
uersatur actis Capituli generalis 29. Genuæ celebrati, §. 22. in
titulo de modo procedendi in visitatione, in verbis illis: *Ideo de-
clarant patres debere ab ipsis visitationibus eos repellere, quos iura com-
muni repellunt, & inimici castigati criminosi, & reliqui huiusmodi, & in
indicandis fratribus rectum Ordinem iuris obseruent, & in defensionibus,
& ubi deficiunt regularia instituta sacratissimos admittant canones, etiam si
opus fuerit testes repeteret, & processum defensuum ad instantiam partis fa-
cere, & in accusationibus criminalibus dentur dicta, & nomina testium;
nam de iure defensiones oppressis conceduntur, ut repellat à se illatas ini-
rias, & accusatores noscere possit, ut illos reprobet, & vel recipiat. In denun-
ciationibus tamen solummodo dicta ad defensionem, & expulsionem con-
cedantur, ut ex his debite factis, sententia diffinitiva procedere possit; ad-
dentes etiam, ut qui sunt formati processus, & iudicati, si quis propter hac
opprimi se senserit, possit hac sola vice sibi relicta ad Reuerendiss. patrem
Generalem modernum res suas deferre, & iudicio ipsius, accollegari stat-
re; in processibus autem non iudicatis Reuerendissimus P. Generalis faciat
officium patris, & optimi pastoris, ut ex iustitia, ac pietate restauretur
pax, quæ Religionis fundamentum est:*

44 A quibus omnibus consultissime decretis in predicto Capi-
tulo longe distat modus procedendi Reuerendissimi
45 HÆC cum ita se habeant, & in iure sint irrefragabilia ad-
huc

huc tamen ex parte aduocati Reuerendissimi instatur in appellatio
nem prædictum à patre Petro de Cuenca interpositam ex
duobus capitibus quorum primum est cassationem prædictam
factam fuisse in visitatione dicti patris, & in causis visitationis
appellationi non esse deferendum ex Tridentino sess. 24. de re-
formatione cap. 10. Secundum est in causis regularium, maxi-
mè Ordinis Minimorum appellationem non admitti ex referē-
dis, & refellendis simul inferius.

46 Sed hæc verè nullius sunt frugis, aut momenti, vt per aperte
sequentia demonstrabunt.

47 Et quidem, quod attinet ad Tridētinum decisio dicti cap. 10.
supplenda certe venit à cap. 1. sess. 13. de reformatione eiusdem
Concilij, vbi à regula ista non admittendæ inquam, appellatio-
nis in causis visitationis excipitur quæque causa grauamen cō-
tinens irreparabile. Quod autem in casu nostro grauamen illa-
tum sit irreparabile, vel ex eo constat, quod cum Provinciala-
tus duret per triennium tantum, & eo finito noui Prouincialis
electio, nullo sub ducto tempore subsequatur, consequens inde
est tempus suspensionis, aut cessationis reparari non posse.

48 His accinit priuationem, aut quancumque condemnationē
grauamen irreparabile continentem in visitatione factam nul-
lo modo executioni demandandum, vt post speculatorum, De-
cium, Franchis, Marantam, Petrum Gregorium, Panuinum, &
plures alios resoluit Scaccia de appellat. quæst. 17. limitat. 26.
num. 12. & seqq. Iacob. Laurētius (late & in causis regularium
loquutus) in tractatu de iudice suspecto, cap. 2. num. 9. Et in ter-
minis decisionum Conciliarium Tridentini, idem firmat Barbos.
(nunc contrarium mala fide adstruens, & Reuerendissimo
inique, & contra propriam conscientiam suggestus) in colle-
ctan. ad Trident. d. sess. 13. de reformat. cap. 1. Is enim num. 9. &
seqq. cum præsentis fascinationis expers esset, & mens adhuc ei
libera, ita pro nostris eloquitur: *An appellari possit quando graua-
men illatum per interloquitoriam, non potest tolli per appellationem à de-
finitiua, vide Suarez de pace in pract. tom. 2. par. 5. cap. unico, num. 3.*

49 &c. ¶ Carcerationis indebitæ grauamen per appellationem à defini-
tiua reparari non potest, ac proinde ab eo valet appellari, & ordinarius
tenetur, huic appellationis deferre, & processum transferre ad indicem ap-
pellationis ita referunt Pasiet. Quaranta, &c. ¶ Appellationem in-
terpositam super condemnatione ad triremes habere effectum

51 suspensuum resoluit Aldan. &c. ¶ Appellationem à priuatione be-
neficij (qui est noster casus) Habere effectum suspensuum tenet Ada-
nus d. tit. 4. num. 10. ubi afferit sic decisum in sacra congregacione Episco-
porum, & regularium in Mileuitana 1. Iunij 1604. ¶ Hac dere extat
optimum decretum omnino videndum, quod referunt Aloisius Riccius,
52 &c. ¶ Et mox refert capita omnia laudati decreti Congrega-
tionis negotijs regul. & Episcop. præpositæ ex num. 14. ad 28.
Et inter alia num. 22. caput sequens: In causis verò visitationis or-
dinariorum, aut correctionis morum, quoad eff. Etum deuolutum tantum
admittuntur, nisi de grauamine per difinitiā irreparabili agatur, vel cū
visitator citata parte, & exhibita causa cognitione iudicialiter procedit,
tunc enim appellatio locus erit, quoad effectum suspensuum. ¶ Id ipsū
dilucide protestatus est is ipsa dicta collect. in notis, aut remis-
sionibus ad cap. 10. sess. 24. de reformatione. ¶ Libuit autem
Barbos. dicta ita exacte prosequi, vt Reuerendissimo evidenter
demonstremus illum ipsum nunc, instar Chamalaonis (vt est in di-
ctorio) de suo corio ludere.
54 Quæ verò in præcitato capite congregationis tractantur de
visitatore citata parte, & exhibita cauſe cognitione iudiciali-
ter procedente intelligenda non sunt, ita vt visitatori extraiu-
dicialiter agēti, licet pœnas grauiores depositionis suspensi-
onis, & consimiles in visitatione infligere remota appellatione:
quæ verè concedenda est, siue in visitatione extrajudicialiter
processerit, & sine scriptis, siue iudicialiter, & in scriptis. [Qui-
nimδ hoc vltimo casu appellatio datur suspensiua, ex prædi-
cto decreto, & ita post alios firmant Franciscus Leo in Thesau-
ro fori Eccles. part. 2. cap. 2. num. 77. Gratian. decis. 188. num.
3. & ipse Barbos. (qui partes Reuerendissimi nunc in vie tutu-
tur) in Pastorali allegat. 73. num. 32. ¶ Si verò procedat extra-
judicialiter, & scriptis, tunc subdisti stingendum certè est, nā
si processerit subditos corrigendo illos dirigendo, vt viuant
iuxta disciplinam regularem, & Constitutiones Ordinis multa
in contrauentores imposta, subditæ tenebuntur omni remota
appellatione obedire, iuxta Tridentin. d. cap. 10. Id quod an-
teā dispostum erat in cap. reprehensibilis 26. & cap. de Priore
31. cum ibi notatis de appellat. cap. cum specialis porro eod.
tit. Sin autem procedat non solum corrigendo, & dirigendo se-
cundum ordinationem legis, sed etiam cogendo, & puniendo
pœna legis, grauamen considerabile inferendo, puta pœnam

in-

3

infamiae imponendo, aut priuationis, seu suspēsionis officij, tūc
nulliter agit parte non audita, & legitime conuicta, d. cap. re-
prehensibilis cum alijs proximē adductis, attentis supra tradi-
tis, & iuxta dictum Capitulum 29. Genuæ, obidque merito à
modo isto iniusto procedendi datur legitima, quoad vtrumque
effectum admittenda appellatio.

56 Quidquid Reuerendissimus omnium maximē isthac atten-
dere debuisset, vt quem latere non potest sua ipsius in Vicariū
generalem electio à sanctissimo facta post relationem, & sen-
tentiam eminentissimorum S.R.E. Cardinalium, qui de nulli-
tate electionis Generalis Simonis Bachelier in Capitulo Barci-
nonæ vltimo celebrati ex commissione sanctissimi cognoue-
runt, vt constat ex eius Breui dato Romæ die 22. Martij anno

57 1630. ¶ Discat ergo ac par est Reuerendissimus ab his litteris
Appostolicis (quæ eum ad tantam euexere dignitatē post pri-
uationem dicti patris Simonis Bachelier) qualiter in consimili-
bus priuationis causis procedere debeat, & syrenes aures suas
demulcentes, imò verō obturantes vitet: & ad exemplum san-
ctissimi, & eminentissimorum Cardinalium, qui de causa priua-
tionis prædicti Simonis Generalis cognouerunt causam istam
iudicialiter instruat partes citet, & debitam adhibeat causæ
58 cognitionem. ¶ Et demin sibi suadeat (quidquid alij eidem ob-
strepant, & garriant) ad priuationem officij Prouincialis, nec
in visitatione, nec extra eam, extra iudicialiter perveniri non
posse: Quin potius processu iudicialiter formato iuxta dictum
Capitulum 29. Genuæ in verbis relatis supra num. 43. rem istam
omnino fore peragendam.

59 Superst alius ille ob ex aduerso obnixe perpensus in alle-
gatione Reuerendissimi num. 34. in causis inquam regularium
maximē Ordinis Minimorum non dari appellationem, sed sim-
plicem tantum recursum iuxta Bullam Gregor. XIII. receptā
in capitulo 25. Barchinonæ habito num. 16. Respondeatur tamē
longē verius, & certius esse in causis fratrum Minimorum, &
quorumcunque Religiosorum dari appellationem à grauamini-
bus per superiores illatis, quoad vtrumque effectum vti plu-
ribus adductis Summorum Pontificum Bullis, & constitutioni-
bus securissimē firmat pater Peirinis Religiosus Minimus
(quem pro multis allegatum volumus, vt qui omnia huius pro-
positi congerit (tom. 1. de subdito cap. 20. qui inscribitur, *Vtrum*
subditus

subditus possit appellare à sui Prælati sententia? Vbi inter alias plures Pontificias constitutiones expendit pro ista verissima sententia prædictam Bullam Gregor. XIII. ex aduerso parum apte allegatam. Idem firmat Isnardus Religiosus Minimus ad statuta Religionis, verbo, *Appellatio*, & apertissimè probatur in Capitulo 5. Valentiae num. 15. & in Capitulo Marcellæ, habito num. 55. & Capitulo 6. Romæ celebrato num. 14. & comprobatur pater Passarellus (Religiosus etiam Minimus) in Scholiis ad Capitulum Barchinon. n. 16. fol. 148. sub Epigraphic De Religioso recurrente, & appellante. ¶ Quo fit, vt quod attinet ad causas regularium, recursus, & appellatio in idem recidant. Et consequenter cessant, quæ aduocatus Reuerendissimi super istis, vt merus conturbator comminiscitur. Quando simul agnoscere debuit Gregorium XIII. prædicta Bulla (per eum auie retorta) illud vnum præcauisse ne Religiosi Ordinis Minimorum ad tribunalia secularia recurrerent, quæ res alia est.

61 Et sanè doctissimus Pat. Franciscus Suarez, altius prædicto aduocato Reuerendissimi, ista præcalluit, quando in tomo 4. de Religione, lib. 2. cap. 11. n. 5. ita ait. *Gregorius XIII. in quadam constitutione præcipit sub graibus penitentia Religiosis Minoribus, ne ad secularia tribunalia appellentur. Non vero prohibet appellationem seruato debito Ordine intra propriam Religionem, vel sinecessere extra totam illam appellare (ut si a supremo Generali Prælato appellandum sit)* id fiat ad Apostolicam Sedem, vel ad Tribunal ab ipsa designatum. Sic enim in d. cap. de Priori de appellat. grauiter reprehenditur, quidam Prior qui appellationem ad Sedem Apostolicam non admisit, nam ad Romanam Ecclesiam omnibus appellare licet. Hactenus pater Suarez. Qui subinde n. 11. ita inquit. *Quarto dicendum est in grauioribus causis admittandam appellationem Religiosi ad altiorem Prælatum seruato debito Ordine, & paulò post sic ait; Probat hoc etiam naturalis ratio, quia tunc est talis defensio necessaria, quianisi suspendatur sententia, & executio, imminet periculum grauiis nocimenti, & fortasse irreparabilis.* Et conferunt quæ in proposito tradidit, & quidem his mire accinunt, quæ in proposito, tradidit & resoluit Emanuel Rodriguez (omnibus obuius) tom. 1. regular. quæst. 29. art. 2. vt inde veniat mirandus, & notandus quin, & ~~scrutatorum~~ dirigendus assertor contrarius, qui sine lege, aut Auctore talia, ac si esset apud disitissimos Indos, aut Tartaros, molliri destinauit.

62 Remanet ergo ex pluribus abunde probatum, & euictum in causa

Maxime cum incommodo sit appellationem à denegata confirmatione (qui noster est, ait) dari quo ad ut umque eff. clum ex doct. traditis a. i. i. 1. tom. 2. dub. regul. verb. appellare, n. 8.

causa ista iustum, & legitimam esse appellationem, & appellationes à patre Cuenca interpositas, & quoad utrumque effectū admittendas iuxta proposita, & resoluta in hoc secundo articulo.

63 Quæ multo magis procedunt, si consideremus cassationes electionū patrum Cuenca, & Bejarano, nulliter etiam fuisse patratus attenta decis. Capituli 22. Valentiae numer. 28. sic se habentis: *Et quoniam secundum iura in electionibus faciendis liberam electores debent habere potestatem, ne timore concussi eos aliquando facere contingat, quod libere nollunt: Definierunt quod deinceps in capitulis, seu Provincialibus non fiant priuationes vocum, nisi in casibus, in quibus quis fuisse electus non seruat a forma canonica, sed propter delicta reperta prefatis in eorum visitationibus, seu alias, vel per quascunque querelas, qua contra aliquem electorum ad aliquod predicatorum capitulo transmit terentur, nullus tunc puniatur, sed eos puniant superiores Pralati, vel ab eis missi visitatores in eorum visitationibus. Et si secus factum fuerit, omnia inde sequuta sint cassa, irrita & nulla) & attenta simul sententia, seu super istis explicatione doctissimi patris Peirinis de subdito, quæst. 1. de obedientia, cap. 18. pag. 173. sic aientis: Id quod dicitur in nostris Constitutionibus Capitulo Valentiae 4. num. 28. quod tempore capituli non sunt facienda priuationes per tempus capitulo, posset forte intel ligi spatium trium mensum Iulij, Augusti, Septembris, &c. Quod etiam innitur in decretis Clementis VIII. missis ad Capitulum Genuense quatenus decernitur, quod dicto tempore non possint moueri fratres de suis locis. Ergo Reuerendissimus ad cassationes electionum patris Cuenca, & Bejarano processit immature, tempore velito non expectata visitatione. Quam quod attinet ad correctionem morum videmus suspendisse, & in his istis attenta electione futuri Capituli generalis nimis, & iniuste, ut pote contra constitutionē Religionis properasse.*

64 Qui ergo hac sola nullitate attenta (quando omnia hoc articulo, iam discussa cessassent) ab hæ cassatione, adeò nulliter patratalitatem esse, quoad utrumque effectum appellationem denegabit, ut in terminis resoluit Pat. Rodrig. tom. 1. regul. quæst. 33. art. 5. ita in proposito ad finem articuli loquutus: *Quod notent regulares quando vident aliquem priuari voce actiuā, & passiuā in ali quibus Capitularibus Congregationibus, ut sic ab electionibus excludantur, & Episcopatum eorum accipiant alteri, & nutantes transferantur filii eorum, & mendicent, & ejiciantur de habitationibus suis, & non sit illis*

illis adiutor, nec sit qui misereatur eorum. Poterunt enim ab hac priuacione appellare, quo nil aptius, nil appositius, nil themati nostro convenientius dici potuit, aut ex cogitari.

Tertius Articulus.

De nullitate electionis in Prouincialem patris Thomae Campuzano, & trium Deffinitorum à Reuerendissimo deputatorum.

65 **R**esolutio propositionis hoc articulo contentæ patens, & per se aperta est, & velut sequela præcedentium, ex quo enim à cassatione, seu non confirmatione electionis Reuerendi patris Petri de Cuenca de Cardenas, & Bejarano datur appellatio, quoad vtrumque effectum, vt plenè planeque probauimus in articulo præcedenti, necessario consequitur quæcunque gesta per Reuerendissimum, & præcipue prædictam subsequutam electionem nullam esse, & attentatam cap. non solum cum vulgaribus de' appella't. in 6.

66 Secundo principaliter Reuerendissimus toto (vt aiunt) cælo aberrauit assumens sibi, & Collegis hoc in casu partes electorum, est enim constitutissimum electiones prædictorum patrū Cuenca, & Bejarano, ritè & canonicè, & præmissis præmittendis fuisse factas, vt constat ex litteris testimonialibus prædictarum electionum, & quod magis est ex assertionibus ipsius Reuerendissimi in confirmationibus prædictarum electionū emissis, vnde est, vt cassata electione ob non confirmationem veluti contendit Reuerendissimus ius eligendi, deuoluatur ad Piores electores, qui in Capitulo Prouinciali interessedebent, quando quidem electione indigni facta ignoranter elector nō priuatur facultate iterum nominandi, & eligendi quin potius pluries eligere poterit donec electio suum sortiatur effectum, cap. si elec-tio de electione, lib. 6. vbi omnes, Molin. lib. 2. de primogen. cap. 4. num. 38. & alter Theologus de iustitia & iure, disputat. 593. num. 5. Menoc. de arbitrar. casu 511. n. 1. ¶ Etenim constitutissimi juris est electores, tunc temporis tantum venire priuandos, cum scienter indignum elegerunt, aut electionem contra formam debitam peregerunt, cap. gratum de postulatione.

Pre-

Prælator. cap. bonæ, cl. 2. cap. cum in cunctis, §. vltimo de elec-
tione, & ita statuitur in cap. 22. Valentæ num. 28. & nctat Na-
ta conf. 244. n. 4. Achiles de Grasis (qui ita in Rota decisum te-
statur) decif. 282. num. 4. Molina d. cap. 4. num. 39. Barbos. (nūc
alius) in Pastorali par. 3. allegat. 72. num. 105. pater Isnardus ad
statuta Minimorum, verbo, *Priuationis*, vbi alia plura capitula
Religionis perpendit. Debuit ergo Reuerendissimus attenta
prædicta sua (vt asserit) non confirmatione remittere rem istam
ad electores, neque eam sibi indebite adeiscere eos sine causa
priuando iure eligendi iterum ad illos deuoluto, vt partes for-
males, & comparticipes officij Prouincialis, Isnardus, verbo,
collega Prouincialis, fol. 83. in fine.

68 Neque Reuerendissimus se se tueri poterit statutis in Capitu-
lis 6. Romæ habito, & 4. Valétiæ, vbi vacâte Prouincialatu mor-
te renuntiatione, aut suspensione præsente Reuerendissimo elec-
tio fit ab ipso cum suis Collegis, vt notat Isnardus sub tit. *for-*
ma electionis Vicarij generalis, pag. 185. nam prædicta capitula lo-
quuntur de vacatione per mortem, priuationem, aut renuntia-
tionem illius qui vere fuit Prouincialis electus simul, & confir-
matus, nos sumus in non Prouinciali, id est non confirma
(iuxta mentem Reuerendissimi) quo casu ius eligendi deuo-
luitur aelectores d. capit. si electio cum alijs supra adductis.

69 Præterea dato quod simus in casu prædictorum Capitulorū,
& vacatio continget per priuationem Prouincialis, aliás legi
time electi, & confirmati, adhuc Reuerendissimus ad electio-
nem cum suis tantum Collegis procedere non potuit, nisi simul
adhibitis Diffinitoribus Prouinciæ, vt expressè cauetur in præ-
dictis Capitulis Religionis, maxime in Capitulo 6. Romæ in
verbis illis: *Vndeclimum dubium propositum fuit. Quid faciendum circa*
electionem occasione mortis? ad quod responsum fuit, quoad prouisionem
Prouincialium, & eorum collegarum ratione mortis, aut priuationis, aut
cuiusque defectus, ut absente Reuerendissimo, fiant electiones à quibus de-
putatum est in actis nostris Generalibus. Tamen si Reuerendissimus sic pre-
sens in Prouincia, fiant huiusmodi electiones à Reuerendissimo cum suis
Collegis simul cum alijs supradictis electoribus, usque ad proximum Ca-
pitalum, idem expressè firmat Isnardus d. fol. 185. ibi: Hac tunc
intellige, absente Reuerendissimo, illo vero in Prouincia præsente debet præ-
dicta electio fieri ab ipso cum suis Collegis simul, & cum alijs supradictis,
Idest cum Collegis Prouincialis defuncti, aut priuati, de qui-
bus paulò ante egerat.

- o i
- 70 *Vt inde ab his alia tertia insanabilis resultet nullitas circa electionem prædicti patris Campuzani, vt quæ facta sine Definitoribus Prouinciaæ.*
- 71 *Sed & quartam nobis subministrant nullitatem vltima verba proxime perpensa dicti Capituli 6. Romæ celebrati, ibi: Simul cum alijs predictis electoribus, vsque ad proximum Capitulum siue Prouinciale, siue inter medium. Quæ clarè denotant, & præseferunt electiones predictas in fauorem patris Campuzani, & Deffinitorum, (de quibus inferius agemus) vt plurimum dura-re potuisse, vsque ad capitulum inter medium habitum, & cele-bratum dies Michaelis Archangeli, vigesima nona mensis Septembris præteriti. Manu ergo Regia, & velut Militari Reuerendissimus protrahit electiones nullas dicti patris Campuzani quæ etiam si legitimæ essent ad Capitulum, vsque predictum tantum procedebat, & sane Reuerendissimus his per euidenter intentionem suam declarat, componendi inquam, & construendi vota ad Capitulum generale futurum, quod vnum in hac visitatio-ne ad nil aliud tendente (vt facta, & acta vsque dum clarè demonstrant) sibi esse in voto patens est, & apertum.*
- 72 *Quintam demun Reuerendissimus commisit nullitatem, cū electiones prædictas patris Thom. Campuzano, hoc in Conuentu Matritensi peregit, extra Prouinciam, in cuius Monasterijs necessariò fieri debuit, cap. cum terra, capit. in Genesi cum ibi notatis de electione Pet. Greg. late in tract. de elec. c. 15. &*
- 73 *probatur insuper in cap. 22 Valentiae, n. 19. ¶ Idque ipsum locum habet in electione patris Petri Vazquez in locum Reuerendi Prouincialis fratris Petri Bejarano, eodem modulo confecta.*
- 74 *Et sane ab his omnibus apertissimum fit iteratas istas electiones à Reuerendissimo factas ex multiplice capite nullius esse roboris, vel momenti, neque de illis vñquam aurandum. Indeq; fieri, vt pater Cuenca iustissime excusare contendat exhibitionem, & traditionem sigillorum prædicto patri Campuzano (vt in votis fert Reuerendissimus) faciendam.*
- 75 *Sed & alia adhuc superst nullitas à Reuerendissimo commis-sa in cassatione trium Deffinitorum Prouintiæ Granatensis, & totidem Prouintiæ Hispalensis, seu Bethicæ, attento Capitulo Religionis Valentiae celebrato num. 23. in illis verbis: *De patri-bus autem Deffinitoribus declarant, quod si aliquis ipsorum, sine causa mortis, siue causa dispositionis, siue defectu electionis, siue quanis iusta cau-**

*fasum non sortietur effectum, tunc per patrem Provincialem, & reliquos
Diffinitores poterit alter eligi in proximo capitulo inter medio. Ecece
constitutionem quæ dat formam eligendis Deffinitoribus in
locum de mortuorum, aut priuatorum ex quavis causa, cū er-
go Reuerendissimus aliter remeget, & legis, seu constitutio-
nis formam fuerit prætergressus, planè consequitur nulliter rē
istam eglise iuxta iura vulgaria. ¶ Ut inde omnes istæ actiones
futurum Capitulum generale respicientes (quod vnum in vo-
to Reuerendissimi est) infinitis prope nullitatis refertissimæ,
quam liquido apparet.*

Quartus Articulus,

*Reuerendissimus iuste, & legitime recusator à patre Cuen-
ca. Et acta omnia post recusationem vitio nullitatis,
& attentatorum subiacent.*

76 **C**onstitutissimi iuris est appellationem, & recusationem
â pari in iure procedere, vt post alios adstruit Sigismundus Scaccia de appellat. quæst. 16. limitat. 1. num. 8.

77 - Vnde est, vt quemadmodum innouata, & acta post appella-
tionem sunt nulla, & attentata d. cap. non solum de appellat.
in 6. cum alijs in præcedenti articulo contentis, ita & quæcū-
que gesta recusatione pendente innouatorum, & attentatorū
vitio subiacent, vt ex pluribus comprobat Lancelot. de atten-
tatis 2. part. quæst. 6. de attentatis post recusationem iudicis,
num. 8. & sequentibus.

78 - Superst ut duo in proposito euincamus. primum patrē ge-
neralem, etiam in causa visitationis posse recusari. Secundum
quod recusatio à patre Cuenca, facta iusta sit, & admittenda,
vt inde Reuerendissimus à prosequutue causæ debeat absti-
nere.

79 - Et quidem quod attinet ad recusationem in dubium est eam
procedere in persona patris Generalis, & cuiusvis alterius iu-
dicis, seu prælati quaracunque præfulgeat dignitate, l. apertis-
simi, C. de iudicijs, cap. cum speciali de appellat. & alijs notis-
simis iuris decisionibus, & eius interpretum resolutionibus,
quas tædij causa ommittimus. Sat enim sit hoc ita decisum es-

11

se in terminis Generalis Ordinis Minimorum, etiam in visita-
tione procedentis per doctissimum Peirini eiusdem Ordinis
Religiosum, tom. 1. de subdito, cap. 19. *De subdito recusante suum
Prælatum tempore visitationis, §. 1. pag. 198.* in principio, & in fine.
Est enim constitutissimi iuris, iudices omnes etiam summa-
rie, & executiue procedentes posse libere recusari, l. Julianus,
D. de iudic. Angel. in l. fin. C. de iurisd. omn. iud. Joann. Ferrar.
de appellat. cap. 7. nu. 106. Iacob. Laurent. pluribus adductis
de iudice suspecto, cap. 8. per totum.

80 Restat ergo examinanda causa recusationis ansit iusta, & le-
gitime interposita, & sane pater Cuenca à prima, & potissi-
ma omnium causa (teste Laurentio supra cap. 13.) excipit in
Reuerendissimum nimirum ab odio, inimicitia, & ægro quo in
eum fertur animo, quo ex capite Imperatores, & Reges, Car-
dinales, & Legatos à latare, & consimiles alios cuiuscunq; Or-
dinis, & gradus licet recusare Laurentius ex pluribus, cap. 2.
num 9. & seqq. eleganter, & multis exemplis singularibus per-
pensis, Lanus Langlæus lib. 3. semestrium cap. 5.

81 Inimicitiam verò (quā certi iuris est probari conjecturis,
cap. 2. de renunciat. lib. 6. Mascard. ex Bald. Abbatē & alijs de
probat. conclus. 898. num. 5. fundat pater Cuenca in modo pro-
cedendi, quo in eum usus est Reuerendissimus in multis exce-
dendo.

82 Primo dum extra judicialiter, ut ipse Reuerendissimus fate-
tur patrem Cuenca, media quam vocat, *non confirmatione*, eum
remouit à possessione reali, & exercitio sui officij ex informa-
tione in visitatione, ut ipse fert facta, sine ullis actis, quodiura,
& constitutiones Religionis, magnopere abhorrent, maximè

83 Capitulum Genuæ 29. iam supra perpensum num. 43. ¶ Secū-
do dum appellations à patre Cuenca, & patre Bejarano, sa-
pè & sèpius legitime (ut vidimus in articulo 2.) interpositis
mordicus refellit, & explosit. ¶ Tertio dum illis insuper habi-
tis patrem Thomam Campuzanum, ex aduerso oppositum

patri Cuenca, magnis prolequitur fauoribus adstruendo, &
stabiliendo eius electionem nulliter factam, eamque protra-
hendo (& quo casu iusta esset, & legitima) ultra tempus con-
stitutionis, seu Capituli 6. Romæ habitu, ut vidimus in præce-
denti articulo.

85 Cum autem iudex, seu Prælatus modum excedit in proce-
dendo

dendo suspectus, inde fit & iuste recusatur Abbas in d. cap. cū
speciali, §. porro, nu. 3. de appellationibus, Sanchez pluribus
aductis de Religione, lib. 6. cap. 8. num. 111. Peirinis optime
de subdito, tom. 1. cap. 19. pag. 193. vers. *Respondeo.*

86 Sed & sola affectio Reuerendissimi erga prædictum patrem
Campuzanum (quæ probatur ex proximè dictis & simul ex
nominatione, & promotione in Vicarium generalem Prouin-
ciam Granatensis) in causa est, vt legitime Reuerendissimus po-
tuerit recusari (vti notatum perpensum, & petitum est à dicto
patre Cuenca) iuxta text. in cap. accidens in 2. vt lite non con-
testata iunctis his, quæ in proposito optime edisceruit Peirinis
d. cap. 19. §. 2. vers. *Septimo.*

87 Neque istis (quæ in iure adeò certa sunt quam quæ certiora)
quidquam obstare poterunt contenta in decreto Reuerendissimi
lato super deneganda prædicta recusatione de consilio sui
aduocati iuribus, & autoribus allegati. Nam quod primū, it
nullum illatum grauamem à Reuerendissimo ex capitæ dene-
gatæ appellationis (cum non debeat admitti attento capitulo
29. Religionis, quod est 5. Valentiaæ habitum n. 15.) nullius cer-
tè momenti est, cum in d. capitulo 29. (non Valentiaæ, sed Ge-
nuæ habito) contrarium potius expressè fuerit dispositum, vt
vidimus supra num. 43,

88 Minus obstat, quod dicitur in d. decreto Reuerendissimi pro
adstruenda traditione sygillorum, fundata in illa clausula literarū
Illustrissimi Nuntij, nō retardata executione mandatorum Ge-
neralis, hec enim apposita fuit in prædictis litteris in primo lu-
mine iuditij, & antequam ab Illustrissimo de causa plenè cog-
nitum fuisset. Nec ratio ista excusat Reuerendissimum quomodo
appellationi legitimè interpositæ deferret. Ultraquā quod
recusatio patris Cuenca, adhuc innititur excessib[us] præalga-
tis, à Reuerendissimo patratis inimicitiam inducentibus, vt
iam probauimus.

89 Addit tertio Reuerendissimus in prædicto decreto, inimi-
citiam induci non posse ex cassatione electionis patris Cuen-
ca, & electione facta in fauorem patris Campuzano, sed hæc
quæ sermone vago proferuntur cessant omnino, ex hisquæ spe-
cialiter superius sumus prosequuti.

90 Demum Reuerendissimus recusationem vitare contendit, di-
cens patrem Cuenca eam allegasse, & produxisse intempesti-

- ue postquam se suæ iurisdictioni sponte subiecerat, cōtratex.
in cap. inter Monasterium de sent. & re iudic. cum traditis à
Cæsare de Grasis decis. 102. in fine, quibus addere potuit, tex
tum in d.l. apertissimi. C. de iudicijs authent. offeretur, C. de
litis contest. Bald. in l fin. C. de iudicijs cum alijs. Sed respon-
detur hæc vniuersim supposititia esse nullibi enim pater Cuen-
ca, post cassationem, siuæ electionis (quæ iurgijs, & litibus istis
dedit causam) consentit in iurisdictionem Reuerendissimi quin
potius eam aperto Marte semper impugnauit, contradixit, &
declinauit sēpissimis appellationibus interpositis, vt ex actis
apparet. Et quod instatissime semper conatus fuit iuditium Re
91 uerendissimi post dictam cassationem in istis esigere. ¶ Et da-
to, quod posset utroque simul, vt remedio appellationis in
quā, & recusationis uno tantū electo (quod ei fuit permisſū) ab
appellacione incipere debuit, vt in terminis firmat, & resoluit
Iacobus Laurentius de iudice suspecto, cap. 14. num. 4. & se-
quentibus.
- 92 Et in summa pater Cuenca, item nullam contestatus, vñquam
fuit ante Reuerendissimū, neq; in eius iurisdictionē, aut notionē
verbis, aut facto vllibi consensit, quod attinet ad cassationem,
& quæque alia inde sequuta. Vt inde decisio, text. in d. c. in-
ter monasterium, cum similibus nulli ei præiuditio esse po-
93 sit. ¶ Neque itidem d. decisio, Grasis 102. quæ loquitur in eo
qui recusauit iudicem, & mox sponte coram eo cōparuit, qui
casus longè ab est à nostro, in quo pater Cuenca id vnum sem-
per egit, & curauit, vt iuditium nimirum Reuerendissimi sibi
nimis suspectum effugeret, ob id enim iteratis vicibus appella-
uit. Cumque id videret, sibi non prodesse ad dissentam, & ex-
pressam recusationem configuit.
- 94 Quid quod sola appellatione à principio, & pluries dein-
ceps incessanterq; interposita Reuerendissimum recusasse vi-
detur pater Cuenca, cum omnis appellans in effectum appel-
latum iudicem recusat, vt probatur in d.l. apertissimi, versic.
Nec appellari, C. de iudicijs, & ita ex eo elicit, Salicet ibi Bar-
bat. optimè in tractatu dc Cardin. Leg. delatere 4. quæst. Bas-
lica num. 26.
- 95 Demum vt appellationes recusationem præcedentes obes-
se, nec vlo modo possint dicto patri Cuenca, summe notan-
dum est eum à principio appellasse à grauamine cassationis,
seu

- 13
- seu non confirmationis electionis, sibi indefenso, & inaudito,
& nil tale speranti, nec cogitanti, aut merenti illato, quo casu
nil ageret, si defensionem suam à recusatione auspicaretur om-
misso proprio, & naturali medio, & remedio in appellatione
96 consistenti. ¶ Quando verò vidit, & expertus est appellationi-
bus suis iniuste non deferri, & Reuerendissimum sibi minitan-
tem futuro decreto, seu sententia super exhibitione, & tradi-
tione sigillorum ferenda, tunc quidem apte, & oportune eum
recusauit. Ex pluribus ergo causis obex à Reuerendissimo op-
positus ex decisione dicti cap. inter Monasterium patri Cuen-
ca præiuditio nec vlli esse potest.
- 97 Hæc cum ita se habeant facilimo negotio subuertuntur
omnia, quæ pro Reuerendissimo patre Generali adducuntur
in prædicta sua allegatione iuris, nam quod primum in ea dici-
tur ex num. 4. circa potestatem Reuerendissimi in confirman-
da, vel infirmanda electione, tam iudicialiter, quam extraaudi-
tialiter, intelligenda sunt, quo casu processerit seruando con-
stitutiones Religionis iuxta contenta in dicta allegatione, nu.
12. quæ pœnitus elidunt omnia, quæ prolixo sermone à d. nu.
4. fuerant considerata. Cum enim Reuerendissimus in cassa-
tione huius electionis formam præscriptam in Capitulo Ge-
nuensi 29. (de qua supra num. 42.) non seruauerit, ad nihilum
certè reducuntur omnia ex aduerso adducta, ex dicto num. 4.
- 98 In num. 16. Aduersarius generaliter, & securè simul propo-
nit nullo casu licitum esse Religiosis appellare, id quod quam
falsum sit, planè pleneque deprehenditur ex dictis supra n. 45.
ad 60.
- 99 Constitutio Iulij II. ex aduerso pérpensa, num. 18. tantum
abest, vt nostris ob sit, quim potius illis mire faueat attentis il-
lis verbis (à contraria parte relatis) libere procedere valeant se-
cundum consuetudine approbatas, & generalia facta, atque etiam fa-
cienda ipsius Ordinis instituta, quæ verè transgressus est Reueren-
dissimus maximè prædictū Capitulum 29. Genuæ, de quo su-
pra d. num. 42.
- 110 Exempla ex aduerso adductanum. 19. eorum qui priuatio-
ni assenserunt nil ad rem conducunt. Cum credendum sit pri-
uationem in casibus ex aduerso adductis, ex iustis causis, & iux-
ta constitutiones Religionis factas, l. secundum, ibi: Videri om-
nia solemniter acta, D. de verb. oblig. Quod si eorum aliquis, vel

88

omnes iniustæ priuationi acquieuerunt id certè obstare non poterit patri Cuenca, aut Bejarano ius suum legitimè prosequentibus, nec enim exemplis contra eos iudicandum est, ex vulgaribus.

101 In num. 21. ad 26. (ex supposito, quod confirmatio conscientiæ Reuerendissimi commititur) plura comminiscitur aduersarius cum verò per suppositum sit omnino falsum, ex traditis per nos supra num. 26. & 35. cum 6. sequent. facile certè corrunt simili innixa falso fundamento:

Nam collapsa ruunt subductis tecta columnis.

102 Quæ verò de extraiudiciali cognitione infert nu. 24. & 27. vel ex eo facilè eliduntur, quod Auctores ex contrario allegati patr. Sanchez lib. 3. de matrim. disput. 10. n. 12. in fine, stant aperte contra, quādo distinguunt inter procedentem extraiudicialiter, vt iudicem, vel tanquam virum bonum, licet enim, hoc vltimo casu appellationem non admittant, eam tamen amplectuntur in 1. casu (qui noster est) quando scilicet quis proce¹⁰³ dit extraiudicaliter, vt iudex. ¶ Sed & omnia ista penitissime refelluntur ex dictis supra num. 54. & in antecedentibus.

104 Quæ autem ex aduerso adducuntur num. 28. & 29. pro adstruenda denegatione appellationis in causis visitationibus, ex Tridentina nullius verè momentis sunt attento eodem Tridentino, sess. 13. de reform. cap. 1. cum traditis per nos supra nu. 45. & sequentib. vbi ab Scaccia (ex cōtrario allegato) quin & ab ipso Barbos. (Auctore huius allegationis) pluribus in locis contrarium apertissimè adstruitur.

105 Differentiam quam constituit num. 30. inter priuationem, & cassationem electionis (ex quo electio ius non tribuit) copiosè subuertunt tradita per nos, supra num. 26. 27. & 28. vbi constitutiones Religionis Minimorum ius ritè electis Prouin¹⁰⁶ tialibus, quin & exercitium concedentes perpendimus.

106 Quæ verò eodem in num. 30. circumferuntur, & ponderantur à decis. text. in cap. qualiter, & quando in 2. §. ad corrigendos de accusat. (cui adiungi poterat, cap. pertuas 31. de Simonia) nostra conturbare non possunt, & quidem ex multiplici capite. ¶ Primò quia in Religione Minimorum procedi nō potest ad priuationem, seu cassationem, nisi iuxta formam Capituli Genuensis 29. de qua supra num. 42. quæ omnino seruanda est, cap. 1. de constitut. in 6. cum similibus.

¹⁰⁷ Secundo dicisio textus in d. §. ad corrigendos, nostris non obstat, cum ibi expresse causa requiratur ad remotionem, seu priuationem Religiosi, quæ verè non inuenitur in actis per Reuerendissimum contra patrem Cuenca, & Bejarano, nō enim dispensatur in illo textu in causa omnino requisita, ut aduersarii agnoscit n. 31. ad remotionem, sed tantummodo informazione processus reiectis apicibus iuris, vt notant ibi Doctores, & omnium optimè, Felin. (videndus) numer. 21. id quod in Ordine ipso Minimorum expresse cauetur in Bulla Iulij II. inter priuilegia Ordinis, pag. 80. quibus priuilegijs attentis adhuc requiritur causæ cognitio, & regularcm, reum factum audiiri, & conuinci ad ferendam in eum sententiam, grauamen maxime irreparabile præferentem, ex dictis supra num. 41. & iuxta constitutiones, & stylum Religionis, vti apertè probatur in Correctorio Minimorum, cap. 3. num. 4. fol. 45. & cap. 5. num. 8. fol. 49. & cap. 10. num. 25. & 26. fol. 67. Quinimò, & quod plus est Religioso Minimo non datur iuri suo (quod attinet ad officia & Prælaturas) renuntiare sine causa à Superiori bus approbanda, ut probatur in cap. 29. Relig. Valentiae 5. nu. 18. & 19.

¹⁰⁸ Quod verò attinet ad textum in d. cap. per tuas, vers. Tales aduertendum est cum glossa ibi, verbo, tales, textum illum intelligendum esse in regulari inferioris gradus, & malæ opinio nis, & hoc denotart verba illa textus: Tales igitur contratalem, & ibi: Tales Pralati ex leuioribus causis possunt ab administrationibus amoueri. Quæ verba nullomodo conueniunt, neque aptari possunt dicto patri Petro Cuenca de Cardenas, qui unus est ex primoribus suæ Religionis, vt qui Cathedras Theologicæ, & munus prædicationis viginti & sex annorū spatio exercuit, & post officium Correctoris Conuentus Granatensis, vna & altera vice Diffinitor fuit electus: & bis etiam fuit Vicarius generalis Hispaniæ, ter Prouincialis: semel zelosus, & Procurator generalis Romæ, & quatuor insuper adstitit Capitulis generalibus cum voto suæ Prouinciæ, & in ultimo Barchinona celebrato communi acclamatione in Generalem totius Ordinis erat ellendus (vt est notissimum) nisi ipse futuram suam electionem renuisset. Et cum his concurred eius nobilitas, & sanguinis puritas, quibus medijs Qualificatoris sancti Officij generalis, & aliarū Inquisitionis officio, per 20. annos functus est,

est, & pater Bejarano Lector Theologiae, & Prædicator per
20. annos nouies Corrector, & Diffinitor collega Prouincia-
lis, Qualificator sancti Officij, & nunquam inquisitus.

109 Denique in n. 34. Aduersarius suadere tentat Religiosis ap-
pellationem denegari, & solummodo concedi recursum ad u-
periorem suum per modum supplicationis, vel per viam que-
relæ, quod ipsis sufficit ad defensionem naturalem, idque ita
dispositum auctoritatem in Religione ipsa Minimorum per constitu-
tionem Gregorij XIII. & demum subdit ex Lanceloto, & alijs
similem recursum non impedire executionem, sed facilè res-
pondetur recursum concessum in Bulla Gregorij XIII. non
excludere appellationem in casu nostro, & alijs à iure itidem
permissam, iuxta supra tradita num. 45. & sequentib. vbi inter
alios Auctores citauimus ipsum patrem Suarez, ex aduerso
perpensum d.n. 34. simul cum dicta Bulla Gregor. XIII. quam
Suarez, ut vidimus pro nostra sententia allegat.

110 Cætera ex aduerso adducta nullius sunt frugis, velut illud
communicationis Bullæ Iulij II. Ordini Prædicatorum con-
cessæ super denegâda appellatione ab absolutione officij, quæ
ad Ordinem Minimorum iure speciali fungentis, de quo suprà
num. 59. trahi non potest.

C O N C L V S I O.

111 **A**B HIS omnibus apte, & aperte (infallimur) deducimus
Reuerendissimū deferre debere appellationibus ab eius
decretis interpositis per patres Fr. Petrum Cuenca & Carde-
112 nas, & patrem Bejarano iuxta tradita in articulo 2. ¶ Et insu-
per attenta recusatione ipsum abstinere debere, & arbitrum
nominare, iuxta tradita à patre Peirinis tom. 1. de subdito, c.
19. §. 1. pag. 198. in fine cum reliquis, iam discussis in articu-
lo 4.

113 QVOD si Reuerendissimus, hæc ita non perfecerit Illustris
simi Nuntij, est admittere appellationem patris Cuenca, quo
ad utrumque effectum, & acta omnia à Reuerendissimo post
appellationes, & recusationem velut attentata infirmare, ex
traditis in 4. articulis huius allegationis.

114 ILLVSTRISSIMO verò aliter agente, aut officium dene-
gante recursus, & quidem naturalis, & legitimus dabitur ad
sup-

supprium Cōsilium, tam à gestis & actis in hac causa per Reuerendissimum patrem Generalem, quam per Illustrissimum Nuncium.

¹¹⁵ Et quidem quod attinet ad actitata coram Reuerendissimo singularis est decisio, text. in l. si quis in hoc, C. de Episcop. & Clericis in verbis illis: *Sitque cunctis laudabile factas atroces Sacerdotibus, aut Ministris iniurias veluti crimen publicum persequi, quæ plane denotat Regalis culminis proprium esse Ecclesiasticas personas ab iniurijs, & violentijs defendere.*

¹¹⁶ Neque obstat, tex. in l. 4. tit. 5. lib. 2. Recopil. nam (vt optimè notat Zeballos de cognitione per viam violentiæ, 2. part. quæst. 95. ad finem) loquitur in causis visitationis ad morum Correctionem pertinentibus, in quibus proceditur remota appellatione, quasi aliud sit in causis, quibusque appellationem admittentibus, quidquid renuat, Salgado (impenso quo in Zeballos inuehitur animo) de Reg. protectione, part. 1. cap. 2. §. 5. num. 19. & sequentib. Quippe falitur Salgado supra num. 22. dum afferit prædictæ legis 40. decisionem ei innitiæ causæ, vt in pace & quiete conseruetur status Religiosus, quæ ad omnes causas alioquin appellatio nem admittentes trahi debere contendit. Hæc enim suppositionis sunt, & à Salgado ad libitum conficta, vt patet apertè ex verbis illis dictæ legis 40. *Los negocios Ecclesiasticos tocantes a visitacion, o correccion de Religiosos, y Religiosas que se hazen por sus Superiores, traen inconvenientes, traerse por via de fuerça a las Audiencias, assi por razon del secreto que conviene tenerse de lo que en ellos se trata, y por el breve despacho, y otras causas.* Ecce vt rationes à legislatore expressæ causas tantum visitationis verè, & propiè respiciunt nonverò alias regularium lites appellatio nem admittentes. Et ita cum Zaballoz verius agnouit pat. Portel tom. 1. dubiorum regularium, verbo, *Appellare* in additio ne num. 3. vbi pro ista sententia citat, & ipsum Zaball. tom. 4. communi, quæst. 1. nu. 102. Suarez de censuris, disputat. 21. self. 2. ex com. 13. & patrem Sousam super Bulla Cœnæ, disputat. 75. conclus. 1. Fuschum de visitatione cap. 23. nu. 5. Valasc. consult. 100. num. 2.

¹¹⁷ Sed & quo casu daremus causas regularium ad Tribunalia secularia, puta Regales Chancellarias Vallisoletanam, &

Granatensem trahi non posse in dubium, adhuc est pro eis
ad regale & supremum Consilium recursum per viam vio-
lentiæ dari, vt probatur aperte in d.l. 40. ibi : *Mandamos a*
los Presidente y Oydores de las Audiencias, que no se entrometan a co-
nocer de semejantes negocios por via de fuerça: porque quando en esto
huiiere que prouer, los del nuestro Consejo proueieran. Quæ vltima
verba exceptionem dissertissimam continent, quod attinet
ad supremi Consilij (ad quod recurritur in hoc casu) auctori-
tatē, facultatem, & jurisdictionem Chancellarijs denegatā.
Id quod alio per simili casu eodem modo prouisum vide-
mus in l. 81. dicto tit. 5. lib. 2. Recopil. Iata jà Prudentissimo
Philippo II. anno 1553. & renouata annis 1561. & 1568.
Vltra quæ, quod in prætensa protectione Cōsilij patres Pro-
uinciales pacem & meliorem statum disciplinæ regularis at-
tendūt, quæ consistit in obseruatione constitutionum Reli-
gionis, quas in eius perniciem Reuerendissimus per aperte
retoquet.

DEMVM super actis processus, & hac in re corā Illustris-
fimo Nuntio, iure optimo recurritur ad Consilium suppre-
mum, qua norma iuditium, hoc extraordinarium experti sūt
pater Cuenca, & Bejarano, siquidem in denegata iustitia, &
in non concessa appellatione, quoad vtrumque effectum Il-
lustrissimus vim commitis, iuxta regulam text. in l. qui non
tacit, D. de diuer. reg. iuris iunctis his, quæ in terminis de alio
rum sententia prosequitur Salgadus de Regia protectione,
1. par. cap. 6. à num. 33. tom. 1. & 3. part. cap. 6. numer. 21.
& Latius cap. 13. à num. 66. & præcipue ex num. 74. ad 88.
vbi rationem non incongruam assignat.

SED & si daremus vim & violentiam (quo in sensu com-
muniter accipi solet) hic cōmissam non fuisse, adhuc ad Cō-
silium supremū pertinet oppressionem, quam patres Cué-
ca, & Bejarano, patiūtur compescere, & reformare. Etenim
considerato attente negotio isto, quod ex omnibus rebus con-
stat (vt aliás dicebat Tryphoninus in l. bona fides, D. deposi-
ti) quæ in eo continguntur, & considerato insuper totius visita-
tionis Reuerendissimi euentu, & effectu (qui animum præce-
dentem declarat, vt iam probauimus à l. sed Julianus, §. pro-
inde, D. ad Senatus cons. Macedon. cum alijs) eum planè vi-
demus Hispanias aduentasse, hoc ob vnum tantum, vt vota
in

in quam ad futurum Capitulum generale in detractione sua,
& eorum quibus placere conatur contineret. Id quod assi-
qui curat contemptis, & insuper habitis Religionis consti-
tutionibus indebite cassando electiones in Prouinciales di-
ectorum patrum Cuenca, & Bejarano, quos ex conuersatio-
ne, & tractatibus spatio 8. mensium negotio suo non aptos,
vel aduersos agnouit: ideo in eos eodem modulo, & forma
processit, vt diximus in initio huius excursus. ¶ Ast Cōfiliij
supremi est, ne Regnum (vt dicitur Ecclesiastici cap. 10.) de-
gente in gentem transferatur propter iniustias, & iniurias, & con-
tumelias ad diuersos dolos, consimiles oppressiones reprimere.
Et enim decisio, textus in cap. Regum 23. quæst. 15. & cap.
filii 16. quæst. 7. omnes attendit vexationes, & molestias à
iudicibus quibusque Ecclesiasticis illatas ex his quæ latif-
simo sermone post Couar. Nauarr. & alios prosequuntur,
& resoluunt Ioseph. Sese in tract. de inhibit. cap. 8. §. 3. Ze-
bal. de cognitione cap. 9. in Prologo à num. 160. & gloss.
1. cum sequentib. idem 4. part. commun. in discursu ad Re-
gem, & dominum nostrum à num. 31. Quippe Reges con-
stituti sunt in bonum subditorum, & corum protectionem
à quibusuis iniurijs, vt facile erat comprobare, pluribus
vtriusque paginæ auctoritatibus, quibus in morandum non
ducimus. Vnde est, vt Principi (quem Republica patrem, ap-
pellat Iustinianus in l. si quis filium, C. de in officioso testa-
mento) & conseruatorem, & custodem populi, appellat Aristoteles
libr. 5. ethicor. cap. 6. & libr. 5. Politicor. cap. 10. re-
latus à Lipsio libr. 5. de Republica cap. 11. & supremo Cō
filio quod representat, imò sustinet & gerit vices Principis,
Craueta conf. 680. num. 12. Surd. decif. 91. num. 4.) concep-
sum sit in quibusuis causis Ecclesiasticis sese introducere,
quod attinet ad tollendas oppressiones, & notorias violen-
tias, maximè personis Ecclesiasticis illatas, iuxta textum
in d. l. si quis in hoc, C. de Episcop. & Cleric. cum traditis
à Sese d. cap. 8. §. 3. num. 64. Valasc. consultat. 100. Et ve-
re personæ Ecclesiastice potiori titulo proteguntur ab in-
iurijs illatis, & inferendis. Zaball. in d. Prologo à num. 165.
& gloss. 1. num. 30. & 41. Menoch. de recuperan. remedio
15. num. 214. & de retinenda remedio 3. num. 356. Bobadil
la libr. 2. cap. 18 numer. 40. qui varios referunt casus, &

exem-

exempla personarum Ecclesiasticarum à iudicis iniurijs
fuerū iudicum per suprema Tribunalia vindicatis.

120 Id quod maximē locum habet cum violentia , & iniuria
notoria est, vel cum adest scandalum, aut non faciles est ad
Papam recursus (quæ omnia huic simul concurrunt) iuxta
tradita à Nauarro in cap. cum contingat, remedio 4. num.

121 Zeballos supra gloss. 6. num. 19. Sese (videndus omnino)
d. §. 3. à num. 61. usque ad 66. vbi latè agitur de varijs op-
pressionibus Ecclesiasticorum à Tribunalibus superiori-
bus sacerdotibus reformatis. ¶ Et hæc est certa, & indubita
bilis in iure resolutio, (quam ex pluribus comprobant Za-
ballos gloss. 6. num. 39. Sese supra à d. num. 71.) quod in om-
nibus casibus, vbi iudex Ecclesiasticus deficit, intret Prin-
ceps, & ad eum recurratur, præsertim in causis iniuriæ , seu
violentiae, inque id expendunt cap. 29. Hierem. ibi: *Iudicate
mane iudicium, & eruite vi oppressum de manu calumniantium , &
his accinit cap. 22. eiusdem prothepæverbis illis, Audi verbum
Domini Rex Iudæa, qui sedes super solium David: facite iudicium , &
institiam, & liberate vi oppressum de manu calumniatoris.*

122 Sed & predicta altiore gradu procedunt , quando simul
cum violentia, & oppressione iudicis Ecclesiastici pax pu-
blica turbatur, & auctoritas vim passi pessundatur, neque ei
seruatur honor, & status debitus iuxta ea, quæ latissimo ser-
mone de plurium Doctorum sententia resoluti Sese d. cap.
8. §. 3. à num. 197. Quinimo in his terminis cuicunque iu-
dici Ordinario, sacerdotali concessum est sese opponere , &
obuiam ire violentijs ab Ecclesiasticis iudicibus illatis , ex
traditis à Zaball. supra num. 40.

123 Hæc autem quæ Tribunalibus sacerdotalibus maioribus in-
dulta vidimus, eminentiore in gradu supremo Cōsilio cōpe-
tūt, qui quod iudex cōseruator, & protector principalis est
in causis violentiæ, vt ait Zeballos supra in Prologo num.
160. & 161. vbi simul ait, Senatum supremum nō teneri ra-
tionem redere de actitatis prætextu violentiæ. Quinimò,
ex quo iurisdictio, & potestas Consilij adeò suprema est,
& absoluta enascitur, vt cum res exegerit possit formam iu-
dicandi Ecclesiastico dare, ex notatis à Zaball. supra gloss.
17. num. 29. & 30,

124 Demum his addo ex Bartol. in l. culpa caret, D. de regi-
iur.

iur. (quem simul cum Fortunio & alijs refert, & sequitur Mastrillus de magistratibus lib. 3. cap. 1. à num. 78. Reges teneri in foro conscientiæ defendere subditos suos (quo nomine veniunt quæque Ecclesiasticæ personæ) ab omni oppressione. Huiusque rei illa est ratio, quod oppressos à molestis, & vexationibus redimere connumeratur inter opera charitatis, iuxta tradita à Zeballos supra glos. 3. num. 7. & gloss. 5. in princip. simile verò charitatis opus exerceri, tantummodo potest à Principe, vel supremo Cōsilio eius vicces (ut vidimus) gerente.

Et vere his accinit Cicer. libr. 1. officior. dum ait quod: *Qui non defendit, nec obſtit, si potest iniuria, tam est vitio, quam si parentes, amicos, aut patriam deserat, quæ singularia verba sine dubio attendit;* D. Ambrosius relatus in cap. nō inferenda 23. quæſt. 3. vbi ait quod: *Non inferenda, sed repellenda iniuria lex virtutis est, qui enim non repellit iniuriam, si potest tam est in vitio, ille qui facit. Salua censura, &c.*

Licen. Alphonsus Carranza.

Synopsis contentorum, hac allegatione.

- Num. 1. ad 11. factum & tractanda præponuntur.
- 12 In electione Canonica patris Cuenca nullum est dubium.
- 13 Electionem confirmauit Reuerendissimos propter numeris 14. 15. 34. 35. 36. & aliud agere non potuit, non obstat moderatio eiusdem, de qua agitur n. 17. 18. 19. 20. 21. 22. debuit enim statim confirmare.
- 23 Pater Cuenca sese pro legitimo, & confirmato Provinci ali gessit.
- 24 Duplicem habet confirmationem Reuerendissimi.
- 25 Et quo casu res maneret in terminis nudæ electionis patri Cuenca magnum fuit illatum grauamen.
- 26 Ex electione ius quæritur 27. & 28. Maximè in Ordine Minimorum.
- 29 Cuicunque grauato licitum est appellare.
- 30 Non obstat Capitulum 9. Valentiæ, n. 8. ¶ 31. & 32. nec Capitulum 35. Romæ 27. & præterquam, quod loquuntur in Correctore, intelligenda sunt, si adest causa. ¶ 32. ¶ 33. notatur Reuerendissimi procedendi modus in Provincialē Correctorum superiorem.
- 34 Deferendum appellationi ex iulis assentia pro patre Cuenca.
- 35 Et seqq. Reuerendissimus præcissè debuit confirmare electionem rite factum, ¶ 37. & 38. nec eam potest infirmare, nisi expressa causa, ¶ 39. perpenditur Passarel.
- 41 In remotione excessit modum à quo excessu datur appellatio, ¶ 42. etiam si agatur executio.
- 42 Ad cassationem deueniri non potuit sine actis, & seruata forma Capituli 29. Genuensis.
- 43 Et seqq. à cassatione, seu priuatione in visitatione facta datur appellatio ex ipso Tridétino. ¶ 56. & seqq. id practicatum in electione Reuerendissimi à sanctissimo facta & seqq.

54 Etiam

- 54 Etiam si procedatur extra iudicialiter à cassatione, vel
priuatione iuste appellatur, & seqq.
- 59 Appellatio in causis Religiosorum, etiam Minimorū
in grauibus admitenda est.
- 60 Recursus & appellatio in causis regularium in idem re-
cidunt.
- 63 In cassatione patris Cuenca nulliter actum à Reueren-
dissimo.
- 65 Ex quo cassatio electionis patris Cuenca, nulla sit cō-
sequitur cassationē patris Bejarano, nullā itidem esse.
- 66 & 67 Lapsus est Reuerendissimus assumens sibi, & so-
lis Collegis nouam electionem Campuz. & seqq.
- 68 Capitulum 6. Rōmæ, & 4. Valentiæ de electione Pro-
vinciali præsente Reuerendissimo, stant in eum.
- 71 Electio usque ad Capitulum proximum inter medium
tenere debuisse, & seqq.
- 72 Electio Campuzani extra locum facta, & ideo nulla.
- 75 In cassatione trium electorum nulliter egit.
- 76 Appellatio & recusatio à pari procedunt. ¶ 77. Acta
post recusationem nulla itidem sunt.
- 78 Reuerendissimus etiam in visitatione potest recusari,
& numeris seqq. ubi de causis actum.
- 80 Iustificator recusatio propter inimicitiam, quæ funda-
tur in modo procedendi.
- 83 Deinde quia interpositis appellationibus non detulit.
- 84 Quia patrem Campuzano fauoribus prosequitur.
- 85 Quia modum excessit.
- 86 Ex affectione in patrem Campuzanum.
- 87 Probatur appellationem debere admitti ex Capitulo
Genuensi, & respondetur ex aduerso allegatis.
- 88 Non obstat clausula sine retardatione a Nuntio posi-
ta, quia sine causæ cognitione.
- 89 Respondetur sermoni vago ex aduerso prolato.
- 90 Pater Cuenca, nunquam consensit in iurisdictionē Ge-
neralis nulliter procedentis.
- 92 Pater Cuenca non contestauit litem.

- 93 Respondetur decisioni Grasis ex aduerso adducte.
94 Pater Cuenca semper appellando videtur recusare.
97 Respondetur allegationi contrariae à n. 4. vsq; ad n. 12.
circa confirmationem denegatam, quia processit non
seruata forma Constitutionum Religionis.
98 Falsum esse quod ex aduerso asseritur n. 16. Regulares
appellare non posse.
99 Respondetur Constitutioni Iulij II.
100 Legibus non exemplis iudicandum.
101 Falsum esse confirmationem committi conscientiae
Reueredissimi prout n. 21. ad 26. Aduersarius conatur.
102 Authores ex aduerso allegati reiiciunt cognitionem
extraiudicialem.
104 Respondetur numeris 28. & 29. ex Tridentino.
105 Respondetur ex aduerso adductis, num. 30.
106 Respondetur cap. qualiter, & quando 2. §. ad corrigendos de appellat.
107 Vbi causa requiritur.
108 Respondetur cap. per tuas, vers. Tales, de Simon.
109 Et num. 34. vbi de Bulla Gregor. XIII. quod non excludit appellationem.
110 Et Bulla Iulij II. non trahenda ad Religionem Minorum spaciali iure fungentem.
111 Concluditur appellationibus fuisse deferendum.
112 Generalem debuisse arbitros nominare ad recusationem.
113 In eius defectum debuisse Nuntium appellatione admittere, & omnia acta esse attentata.
114 Quod Nuntio denegante iustificatur recursus violentie.
115 Probatur ex l. si quis in hoc, C. de Episcop. & Cleric.
116 Respondetur l. 40. tit. 5. lib. 2. Recopil.
117 Confirmatur & iustificatur recursus ex d. l. 40.
118 Idem ex pluribus allegatis.
119 Et ex præmeditato animo Generalis vim inferendi.

